

CAPVT III.

§. I.

Multum est a multis disputatum de quaestione: an bonae fidei possessor de consumtis fructibus rei alienae teneatur, in quantum locupletior factus est. Sunt, qui simpliciter id affirmant, *a)* est, qui simpliciter negat, V. Gener. IOANNES IACOBVS DE HOEFLER, *b)* qui nescio, an consentientem assecutus sit. Receptior autem, & in scholis, & in foro, est erciscundorum sententia, qui, in iudicio vniuersali bonae fidei possessorem, dicunt, teneri in quantum locupletior factus sit ex fructibus consumtis, in iudicio singulari vero contendunt, eum a restitutione plane immunem esse & lucrari fructus, quos consumsit. *c)* Quam quidem mediam sententiam nos quoque probamus.

§. II.

Sed si probas, quae plurimis placere dicis, & si multum, vt ipse fateris, a multis, neque inconcinne, aut

E 3

inepte,

a) Nominat Consult. FRICKIUS in *diss. de iure bonae fidei possessoris circa fructus e re aliena perceptos* §. 6. pag. 16. qui ita sentiunt, CARPZOVIVM, LYNCKERVM, LVDWELLVM, H. PISTORIVM, PHILIPPI, SCHILTERVM, TREVTLERVM.

fidei possessoris a restitutione fructuum in iudicio, tam reali, quam personali, quae prodiit Helmst. a. 1761. §. 13. pag. 33 sqq.

c) FRICKIUS, qui & ipse hanc sententiam amplexus est, loco, quem diximus, §. 5. *not. lit. d. pag. 13. & §. 7. not. b. pag. 19.* multos nominat, qui secum faciunt.

b) in *diss. de immunitate bonae*